remediis, et facti defensis non subterfugiendo, nec quovis alio modo eva-
dendo. Hac sua p[rae]senti personali recognitione ad p[rae]missa o[mn]ia et singula mediante

Gnosus Mniszek Notarius Terrestris Præmysl: Gnosum Rzeczycki Quietat.

2005 Coram Officio et Actis p[rae]sentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysl[iensibus]
personaliter Comparens Gnosus Petrus Paulus à Brzenin Mniszek
Notarius Terrestris Præmysliensis sanus mente et corpore existens
à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis
et competentibus recedendo p[rae]senti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali
Præmysliensi quo ad actum modernum attinet se cum successoribus ac bo-
nis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subij-
ciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Gene-
rosum Andream Casimirum Rzeczycki Thesaurarium Podlachiæ, olim Ge-
nerosi Nicolai Rzeczycki Filium eiusq[ue] posteros de summa Duodecem
Millium florenorum polonicalium sibi Recognoscenti p[er] præfatum Generosu[m]
Rzeczycki Actis Castrensibus Præmysliens[ibus] modo simplicis debiti inscri-
pta, et super bonis suis generaliter omnibus ad soluendum assecurata
p[rae]tum de eadem ipsa Inscriptione Debitorea Castrensi Præmysliens[i] ob p[er]
solutam sibi summæ eiusd[em] persolutionem quietat emittit liberumq[ue] et ab-
solutum perpetuo p[ro]nunciat Inscriptionem eand[em] Debitoream cassat annihi-
lat et mortificat Recognoscens sibi summæ eiusd[em] realem persolutionem.

2006 Iidem mutuo sese Quietant

Coram Officio, et Actis p[rae]sentibus Castrensibus Capitanealibus Præmy-
sliensibus personaliter comparentes Generosi Petrus Paulus à Brzenin Mniszek Notarius Terrestris Præmysliensis ab Una, et An-
dreas Casimirus Rzeczycki Thesaurarius Podlachiæ parte ab al-
tera, sani mentibus et corporibus existentes, à Terris Districtib[us]
Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentib[us]
recedendo, p[rae]senti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Præmysli-
ensi quo ad actum modernum attinet, se cum successoribus ac bonis suis
generaliter o[mni]bus

generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atqꝫ Subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo prointeresse recognovit. Quia ipsi sese mutuo et invicem Una Pars alteram cum posteris Utriusqꝫ Partis de Omnibus generaliter Inscriptionibus Debitoreis, et aliis cuiusvis generis Scriptis manualibus Chirographis membranis, eorumqꝫ Roborationibus Contractibus Intercisis inter se Recognoscentes ex occasione Bonorum Villa Dubaniowice sive alia quavis occasione et Causa modo quovis intervenien, tum de Causa et Actione Iudiciaria per Unum Recognoscentem Gnosum Notarium Terrestrem Premysliens alteri Recognoscenti nempe Gnoso Rzeczycki ad Intercisam certam inter se Recognoscentes ratione Bonorum Villa Dubaniowice et aliarum Conditionum ibidem Contentarum conscriptam ratione impedimentorum ad Officium Castrense Capitaneale Premysliense instituta, tum Lucris Perlucris Vadii Triplicatis totoqꝫ Causa istius processu in Officio Castrensi Premysliens perducto in quocunqꝫ puncto et gradu Iuris dependens Necnon de Omnibus pretensionibus inter se Recognoscentes quovis modo ad diem hesternam Actum presentem proxime antecedentem intercedentibus quietant emittunt, dimittunt liberosqꝫ et absolutos perpetuo sese pronunciant Scripta manualia Intercisas quasvis earumqꝫ Roborationes, Chirografa Contractus, Inscriptiones quasvis coram quibuscunqꝫ Actis recognitas tum pretensiones in Universum omnes atqꝫ Processum memoratum in Officio presenti productum in toto et per omnia cassant mortificant, et annihilant, sibi suisqꝫ posteris ratione premissorum omnium perpetuum imponendo Silentium.

Gnosus Bierecki Gnoso Drohoiowski Scriptum manuale Roborat. 2162

Coram Officio et Actis presentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus personaliter Comparens Gnosus Joannes Gabriel de Bierecza Bierecki sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus, Iuribus Iurisdictionibus qꝫ suis quibusvis propriis